

## II.

# REGNUM MORTUORUM.

Nro. 92.

---

Ætysium-Meum, Die Veneris 21 Dec. 1810 (Neov 8 Dec. 1810.)

---

Quid est homo? Est dimidia parte animal, altera genius superioris ordinis, modicus, miser, indigus, una potens, et magnus — quae eum sors manet? sexcenti defectus, totidemque bona sortem ejus definiunt.

H o m o.

**O**mnium in orbe entium ratione praeditus, una, solum ens, quod tristi ea pollet facultate, stultitiam possidendi.

Homo grande illud punctum subsistentiae est in libro naturae.

Homo, ait *Plato*, — similis est currui, cui ferus atque facultate se movendi destitutus equus injunctus est, qui ambo ab auriga reguntur. Ferus equus desideria sunt, affectus turpes et abominabiles, equus, movendi se ipsum inops, auriga, qui utrique moderatur, est ratio.

Homo integrum mundum ambitu suo complectitur, alter alteri Theatri vice serviendo sufficit.

Homo, ait *Rousseau* — bonus est — verum — homines! —

Homo ex auctoris naturae manu prodiens, reapse ens placidissimae indolis est, quaevis naturae, quae pollet, dotes faculta-

tes et nisus, in origine sua puri, nullo morali permisti malo sunt. Non adpetit malum, quia malum est, sed si illud adpetit, fit illud ex *errore, ignorantia et mentis imbecillitate*, cum, quod reapse malum est, sibi bonum videatur, atque ejus consecraria non perspiciat, — partim causa est defectus expendendi et *mentis praecipitantia!* cum torrente ad actiones ponendas ante abripitur, quam tempus eas mente expendendi sibi suppetierit, et perscrutandi: an id, quod agere voluit. bonum, aut malum sit. — Denique *ex consuetudine*, cum annis pueritiae et juventutis suae, ante proin, quam perpendere et judicare posset, certas agendi rationes adoptarit, quas postmodum ubi perniciose et noxia earum consecraria pervidet, iis nuncium mittendi et se iis abdicandi summam impendere debet operam.

Homo proprium duntaxat emolumentum et voluntatem sectatur, quod si finem hunc secundum suam quovis tempore perspicaciam aliorum fortunam promovendo adipisci posset, promptum paratumque eum videre esset; omnia quae eum ambiunt, beata reddendi, nulli aegre faciendi in eo eluceret voluntas. Quod postremum nihilominus frequenter accidat, quod saepenumero non vereatur, suamet voluptatem, aliorum aegritudini et indignationi, propriam suam beatitudinem ruinis aliorum entium superstruere, hoc nequaquam ex eo oritur, quod aegrefaciendo, adfligendo et cruciando alios volu-

plate a  
quod  
fruedi  
existin  
multo  
tis ing  
tum b  
te et f  
cohaer  
rae et  
dae in  
luptate  
procur

In  
neque  
singuli  
lucis  
narum  
eos in  
in ma  
plus m  
nissim  
nes qu  
bent,  
nescit

In  
E  
manu  
simus,  
impro  
tibus.  
H  
raemo

ptate adficiatur, verum solum et unice ideo: quod finem et scopum sibi praefixum — finem fruendi — non alia se ratione adipisci posse existimet, proinde ex eo: quod saepenumero multo debilioris perspicaciae adeoque hebetis ingenii sit, ut perspicere nequeat: privatum bonum et commodum suum cum salute et felicitate communi indissolubili vinculo cohaerere, quodque quivis suae propriae verae et durabilis voluptatis operam promovendae in eadem ratione impendat, qua is voluptatem et salutem aliorum promovere et procurare adnititur. —

Inter homines hisce in terris nec Angeli, neque Demones dantur — ast in quovis et singulis absque discrimine mistura quaedam lucis et umbrae, realitatis et defectus, bonarum et maliarum dotum, omnisque quae eos intercedit differentia solummodo consistit in majore et minore quantitate, in eo: quod plus minus adpellamus. Etiam virtutis plenissimi et nobilissimo praediti animo homines quasdam sibi proprias imbecillitates habent, quibusdam naevis laborant, quis illud nescit?

*Interdum bonus dormitat Homerus.*

Et vicissim: maxime abominandum humanum scelus, homo turpissimus et scelestissimus, summis deditus flagitiis, monstrum improbitatis, non caret quibusdam bonis dotibus.

Homines similes sunt formicis. Vix terraemotus, incendium, aut aliud fati genus ea-

rum acervum evertit, En! alium ibi erigunt, extruere pergunt.

Homines raro fama sua pejores sunt; contra: saepe meliores.

Homo plene vestimenti formam habet. Religio ejus pallium, honestas animi Calceamentorum par, philautia ejus toga interior, vanitas indusium, conscientia par braccarum, quae quamquam obscoenam et pudendam corporis partem tegant, utriusque gratia discinctae relinquuntur.

*Animadversiones in Anglorum in Portugallia agendi rationem.*

*Parisiis 30. Nov.* Exercitus Portugalliae occasione occupationis hujus Regni incidit in obices, qui ex natura ipsius rei promanant, effectusque mollis animi et, probe subactorum defendendi Consiliorum sunt, quae absque habita ratione, inaudita in nostra Europaea bella gerendi barbarie adversus ditiones et gentes effectui dantur.

Portugalli haudquaquam Anglis amici sunt. Callent hoc Britanni, quare exercitu Portugallico potiuntur, eumque Anglicis Officialibus oppient. Portugallis Ducibus in praesidiis et turmis provincialibus solum usus. Omnes agrinum Praefecti, unus aut ambo superiores officiales, multique officialium Angli sunt. Pars eminentioris Portugalliae Nobilitatis Regentem Principem in Brasiliam secuti, pars in Gallica captivitate, pauci residui a munere amoti. — Haec rerum ordinatio acres querimonias ciebat; Officiales

utrius  
tinua

meid.

gli op

tem i

Colle

nis pl

se op

posse

sipon

nullu

quate

ra de

in luc

vetitu

que p

Novo

porro

dem

quibu

cibar

aquis

ere,

vasac

Jussa

fugan

prehe

depor

villas

bus in

utriusque gentis graves, frequentes, et continuas contentiones intercedunt.

Incolae Civitatis Roderici praepriis Almeidae, quos obsidione solvendi gratia Angli operam nullam impendere, hispanam gentem in furorem egit. Regiminis supremum Collegium (Junta) aegri animi et indignationis plenum erat. Lordius Wellington novit: se opinioni ejus membrorum dominari haud posse; decretum: Legatum Anglicanum Ulisipone Regiminis membrum creandum, et nullum actum hujus executioni dandum, nisi quatenus is partem in eo habuerit. Jam plura decreta aetate Maxim. Roberspierre digna in lucem prodire.

Decreto Portugallis sub poena mortis vetitum, de belli negotiis sermocinari, aliaque praeter memorare, quam Lisabonensibus Novellis publice vulgata leguntur. — Alio porro Decreto Incolae sub comminatione itidem mortis poenae jussi urbibus et oppidis, quibus Angli excesserint, perinde decedere, cibaria et pecora asportare, concremare aut aquis mergere, molas, suppellectilem dirruere, sementem succendere, vinum effundere, vasaque ac dolia confringere.

Gallicae copiae Portugalliam subiere. Jussa Wellingtonii executioni data. Coloni fugam non arripientes postea ab Anglis prehensi aut glande premti plumbea, aut, deportati sunt. — Copiae ipsae rapinas egere, villas pagosque in cineres rede gere, in quibus incolae cunctati victualia et suppellectilem

rum acervum evertit, En! alium ibi erigunt, exstruere pergunt.

Homines raro fama sua pejores sunt; contra: saepe meliores.

Homo plene vestimenti formam habet. Religio ejus pallium, honestas animi Calceamentorum par, philautia ejus toga interior, vanitas indusium, conscientia par braccarum, quae quamquam obscoenam et pudendam corporis partem tegant, utriusque gratia discinctae relinquuntur.

*Animadversiones in Anglorum in Portugallia agendi rationem.*

Parisiis 30. Nov. Exercitus Portugalliae occasione occupationis hujus Regni incidit in obices, qui ex natura ipsius rei promanant, effectusque mollis animi et, probe subactorum defendendi Consiliorum sunt, quae absque habita ratione, inaudita in nostra Europaea bella gerendi barbarie adversus ditiones et gentes effectui dantur.

Portugalli haudquaquam Anglis amici sunt. Callent hoc Britanni, quare exercitu Portugallico potiuntur, eumque Anglicis Officialibus oppient. Portugallis Ducibus in praesidiis et turmis provincialibus solum usus. Omnes agminum Praefecti, unus aut ambo superiores officiales, multique officialium Angli sunt. Pars eminentioris Portugallicae Nobilitatis Regentem Principem in Brasiliam secuti, pars in Gallica captivitate, pauci residui a munere amoti. — Haec rerum ordinatio acres querimonias ciebat; Officiales

utriusque gentis graves, frequentes, et continuas contentiones intercedunt.

Incolae Civitatis Roderici praeprimis Almeidae, quos obsidione solvendi gratia Angli operam nullam impendere, hispanam gentem in furorem egit. Regiminis supremum Collegium (Junta) aegri animi et indignationis plenum erat. Lordius Wellington novit: se opinioni ejus membrorum dominari haud posse; decretum: Legatum Anglicanum Ulisipone Regiminis membrum creandum, et nullum actum hujus executioni dandum, nisi quatenus is partem in eo habuerit. Jam plura decreta aetate Maxim. Roberspierre digna in lucem prodire.

Decreto Portugallis sub poena mortis vetitum, de belli negotiis sermocinari, aliaque praeter memorare, quam Lisabonensibus Novellis publice vulgata leguntur. — Alio porro Decreto Incolae sub comminatione itidem mortis poenae jussi urbibus et oppidis, quibus Angli excesserint, perinde decedere, cibaria et pecora asportare, concremare aut aquis mergere, molas, suppellectilem dirruere, sementem succendere, vinum effundere, vasaque ac dolia confringere.

Gallicae copiae Portugalliam subiere. Jussa Wellingtonii executioni data. Coloni fugam non arripientes postea ab Anglis deprehensi aut glande premiti plumbea, aut, deportati sunt. — Copiae ipsae rapinas egere, villas pagosque in cineres redegere, in quibus incolae cunctati victualia et suppellectilem

delere et concremare. — Via Almeidam et Lisabonam intercedens desertum et solitudo est. Obvios vix 2000 colonos habuimus.

Exacto proelio ad Busaco Wellington Coimbram festivis, in signum laetitiae, igni-collustrari curavit. Adhuc lampades festivae ardebant, Anglis velocissimo receptui intentis. — Eorum copiae Coimbram expulabant, et ante receptum gravissimis excessibus se contaminare. Intra sextiduum Wellington a ripa Mondae usque munimenta sua ad Lisabonam fugit. — Itineris sui militaris celeritate districtus Trans Taganae Provinciae Systema plenariae desolationis evitavit. Indignatio summum apicem attigit, plebs Lisabonae tumultuari — atque declarare: se nolle admittere, ut Angli naves in portibus conscendant.

Angli Portugallicas familias naves conscendentes in Americam expediunt. Cuncta in perniciem eorum agitant, qui cunctantur, patrio solo decedere, quanto major Emigrantium copia, tanto pauciores homines alendos habent.

Adjuncta Anglorum maximam anxietatem cient. Summum 30,000 virorum censent, iis se adiungunt 40,000 male contenti ad desperationem acti fugitivi et immensa inconditaque plebea turbae Lisabonae Angli terrore solo dominantur. Nobiles et plebeos maximo contentu prosequuntur; quot noctibus incarcerationes locum habent. — Victualium caritas perdurat. Exaggeratis duntaxa

pecu  
ptio  
dimi  
crem  
Com  
midi  
tum  
ansa  
exer

res  
belli  
pora

bet  
Exer  
Ang  
in G  
gnor

tidie  
prie  
le ta  
strag

obsi  
cepr  
exer  
vaca

Port

pecuniariis summis impediunt seditionis eruptionem. Anglus miles libram salsae carnis, dimidiam portionem biscocti, definitamque cremati (Rhum vocant) quantitatem obtinet. Contra: Portugallicus acquirit panem, dimidiam duntaxat libram carnis — crematum nullum. — Inaequalis haec distributio ansam praebet litigiis jurgiisque ambos inter exercitus.

Hostis multos aegrotos numerat. Plures Angli castra deserunt, quam ulla alia bellica expeditione — capessunt fugam, corporalis castigationis evitandi causa.

Gallicus exercitus optima adjuncta habet — fiducia fertur in duces supremos suos. Exercitus paucas exteranos censet Cohortes. Angli quid quid dicunt, certum tenere licet: in Gallico exercitu nullos dari militarium signorum desertores.

*Diarium politicorum novorum.*

*Anglia.*

Londono 29. Nov. Gadibus epidemia quotidie 750 homines perimit, quamquam proprie dicta flava febris non dicatur, probabile tamen non minoris, etsi specie discrepet, stragis morbus malumque est.

Galli plures pontes super Tago struxere obsidione premunt Horantes. Nostrum principis hospitium continuo in orbe Peco. Wegro. exercitus quiescit, redimendisque captivis vacat.

Angimur de futuris — quae ex Tago Portugalliae imminet.

*S v e c i a.*

*Holmia 20. Nov.* In responso a Coronæ Principe die 12. Nov. occasione valedictorii aditus Deputatorum Status Nobilitatis habito in ceteris haec protulit: „Continuo me promtum deprehenditis, ad patriae causam defendendam vobiscum, sique Gloria honorque ejus id poposcerint, cum voluptate sanguinem pro salute ejus fundam.”

Deputatis vero Status Civici ajebat Princeps: „Quo penitius vos nosse occipio, eo feliciorum honoratiorumque me reputo, me Svecum esse” — Et ad Deputatos Status Colonialis. „Imperii continua cura erit, pacem servandi, si nilominus patria olim filios vestros ad pugnam vocaret, certi estote, vobis absentibus vice me patris apud eos functurum.”

*Politicae Episodæ.*

Juvenis decennis Vestphalus nomine Hermannus Schumacher Teklenburgo oriundus iter facit, se conspectui publico exhibendi gratia. Adpendit ille ultra 240 libras, caeterum compages corporis aspectu grata dicitur.

Medicus *Opatovskij* in generali Germanico Indice docendam a se offert Tincturam auri, cujus tanta vis: ut aegroto corpori absque ullo alio pharmaco vigorem reddat, nullo ex oris exteris in subsidium vocato remedio? — Hoc vere dici posset: *Surrogatum contra mortem.*